



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

15. Iudices Religiosorum & Clericorum non procedunt sine accusatore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

4. In criminis hæretis & Apoitane,  
in quibus sine accusatore vero, aut  
facto ( qui suppleat vicem ) aut in-  
famia inquiritur §. in omni crimi-  
ne læsæ Maiestatis humanæ 6.  
Cum Domino occiso , vel nauis  
submersa contra seruos , vel nau-  
tas inquiritur , aut est suspicio po-  
puli , vel Communitatis contra a-  
liquem. *Leff. cit. dub. 15. cum Nau. a-*  
*lusq. vide.*

V Superiores Clericorum  
& Religiosorum non possunt cō-  
tra subditos in grauibus criminis-  
bus procedere, sine accusatore for-  
mali , vel virtuali , aut iudicali or-  
dine sine tamen strepitu vel figu-  
ra iudicii. *Cum S. Thom. 22. q. 33. a. 7.*  
*ad 4. et 5. Sot. in Relectione de tegendo*  
*& retegendo secreto membro 2 q. 6. sub*  
*finem, aliisq. Clavis Reg. l. 12. c. 11. n. 20.*  
quod ius naturæ de celandis oc-  
cultis & famâ proximi asserendâ,  
non minus obliget aduersus Cle-  
ricos

rices & Religiosos, quam aduersus alios, immo tanto magis, quanto eorum fama aestimatur pretiosior, & infamia maius scandalum generat. In leviorum autem criminum denunciatione, cuiusque Religionis usus inspiciendus, quae non tantum requirit probationem vel infamiam, sed iuxta prudentiam Superiorum sola rei veritate inspecti procedunt & corrigunt sine strepitu & iudicali tumultu. Vti bene Tann. cit. nu. 88. ex Less. dub. XVII. num 170. monet, apud Regulares modum iuridicum non esse, tam stricte obseruandum, & colligitur ex Cap. Qualiter. 2. de accusat. quam maximè cauendum ne ceterè insolentes in suspicionē gravioris criminis adducantur, tunc nè ledatur bona Religiosorum fama ac aestimatio, cuius ius nunquam amiserunt, & viro ipsius Religionis plurimum interest, famam.

mam inuiolatam seruari, tum ob  
scādalū, quod facilē nasci solet ex  
talium criminū suspicione, intel-  
lige v. g. lapsū carnis, conspira-  
tionē, murmurationē & id genus  
compluria quibus nostra Statuta  
grauorem, vel grauissimam pœ-  
nam imponunt. An et qua de causa  
possit quandoq; prætermisſā admonitione  
testimq; inductione quodlibet peccatum  
immediatē Prælato denuntiari, vide  
Tann. d. 2. de Spe et Charitate. q. 5.  
dub. 4. Et 5. Bann. in 22. q. 33. In-  
terim certum est Religiosos non  
minus, quam sæculares serua-  
re ius ad famam, & leges chari-  
tatis communes esse omnibus,  
expeditque publicè ac priuatim  
bonam cuiusque famam teme-  
rè non lædi, & nisi per Consti-  
tutiones, aut Regularia Statuta  
huiusmodi resignatio & proprii  
iuris cessio sit introducta, ordi-  
nem correctionis fraternæ sub  
præce-

præceptum cadere , etiam clæ  
coligitur ex Reg. illas P. N. Augusti.  
ui. c. i . de correctione ac denunciatione.  
**O** Luke 17 v : 5 Si peccauerit in te  
frater tuus, increpa illum & Matt.  
18. v. 15 Si autem peccauerit in te  
frater tuus, vade & corripe eum in-  
ter te & ipsum solum. Vbi in te, vel  
idem est, quod coram te, seu scien-  
te te , hoc ipso enim sua natura  
peccatum ostendit, quod cogno-  
scitur: vel ex paritate rationis ad  
quodlibet peccati genus accom-  
modari debet.

XVI. Collige 1. per iudicium  
Regulare intelligi quodlibet iu-  
dicium forense; quod secundum  
leges, vel Canones in foro, qui so-  
let dici actus legitimus duarum  
personarum sub eodem iudice &c.  
iuxta Cap. Forus. de verb. sign. Atque  
excluduntur iudicia privata per  
conventiones, vel arbitria parti-  
cularia. 2. Tunc à Religioso fal-  
sum